

**Me** quis iste hinc est. **Lam** demipho dominus meus  
**Me** n eripe iste est qui alcosimarcho filiam suam despondit  
 et in diuitias maximas. **Las** ipse est. **Me** eho tu qua uos  
 i gretur filiam nunc queritis alteram. **Las** ego dicam tibi  
 non ex uxore natam uxoris filiam. **Me** quid istuc uerbi est?  
**Lam** ex priore muliere nata inquam meo hero est filia. **Me** certo modo  
 h uius que locuta est querere aiebat filiam. **Las** huius ego quero  
**Me** quomodo igitur obsecro hęc est prior que nupta nunc est?  
**Las** conteris tu tua me oratione mulier quisquis est  
 Mediotuma quam duxit uxorem ex ea nata est uirgo  
 Alcosimarcho que datur ea uxor diem obijt. **Stil**  
**Me** teneo istuc satis: sed ego illud quero cotragosum quo modo  
 prior posterior sit. & posterior sit prior. **Las** prius hanc copressit  
 quam uxorem duxit domum. prius grauida facta est priusque peperit filia  
 etiam postquam peperit iussit paruam proijci ego iam proiecta  
 Alia mulier sustulit ego inspectaui herus hanc duxit  
 post ibi eam nunc puellam filiam et quaerimus  
 quid nunc supina sursum iam celum conspicias?  
**Me** hinc nunc iam istuc quo properabas nihil moror nunc intellexi  
**Las** dicit hercle habeo gratiam nam mi intellexisses: nunquam  
 credo amitteres. **Me** nunc mihi bone necessum est esse ingratis  
 quamquam esse nolo rem palam esse intellego. nunc ego met  
 potius hanc mibo gratiam ab illis quam illic me inducet  
 in domum. atque ad parentes reducam silentium.  
**MILENIS. ALCOSIMARCHVS. SILENIVM.**  
**R**em elocuta sum et omnem sequere me mea silentium  
 ut eorum quorum iam esse oportet te sis potius quam mea  
 quamquam inuita te carebo animum meum inducam tamen  
 ut illud quod tuam in rem bene conducat consulam  
 nam hęc crepundia incunabula insunt quibus quomodo illam  
 ad me detulit que mihi dedit parentes te ut cognoscant facilius  
 accipe hanc cistellam halisca age dum pulsa illas fores  
 dic me orare ut aliquis intus prodeat propera oculus.  
**Al** accipe me ad te mors amicum & beneuolum. **St** mater mea  
 perimus misere. **Al** utrum hac me feriam. **An** ab leua latul  
**Me** quid tibi est. **St** alcosimarchum non uidet ferrum tenentem.